



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XLVI [i. e. XXXVII]. De Adventu Episcopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

diebus ad erogandum iugiter patuit, adhuc tantillo tempore tantum quod erogaret habere potuerit. O Martha Martha deuota domini, quando vel quomodo sentire egestatem? Quis enim donantium donanti omnia egens vnquam factus est? Interea vero languor magis magisque spiritum luctatē vrgebat, riteque dispositis omnibus, quęcunq; post se victuris præstare potuit, supplici & pura confessione præmissa, olea illa & placida & sacra vnctione facri olei delibuta, propiciabile viaticū corpus domini percipit, & circumstante illo suo semper familiari collegio virorum, religiosanctorum tam monachorum quam clericorum, psalmis & orationibus agonem eius deuote Deo commendantium, plenam operibus bonis & eleemosynis, plenam honoris & gratiæ animam exaltauit in cælum. Quid multa? Flebat ciuitas vniuersa, iuuenes, & virgines, senes cum junioribus: flebat omnis ordo, flebat omnis religio, diuites, & pauperes, nobiles, & mediocres cum plebe rusticana omnes patrem ademptum lugebant amariorum quanto ab omnibus illis carius ipse amabatur. Monasteria & Ecclesiæ longe vel prope posita; Magnates & capitanei prouinciæ, fama mortis eius exciti ex omni parte cõstuebant: se ingratos atq; inertes arbitrati, si eius quem tantopere dilexerant, funeri non adessent, vel si debitos honores tantis exequijs non præstarent,

DE ADVENTV EPISCOPI.



UPERVENIT quoque sacre semper memoriæ
IMBRICO * Orbipolensis Episcopus, vir clarus
& prudens tam eloquij venustate vel ingenio,
quam etiam sapientia præpollens. Superuenit,
inquam, amicus & amici exequias inuisens & dolenti &
ardent-

XLVI.

Herbipolensis

0003

ardent-

ardentissime flenti Ecclesiæ lugendo ipse ac dolendo luctum auxit & dolorem. Iam enim per totum triduum dormitationis eius corporis gleba per omnes Ecclesias circumferebatur, Sacrificio indefessisq; orationibus & multis eleemosynarum largitionibus beata ei⁹ anima Deo commendata fuerat ab omnibus. Quarto die ubi ad locum tumuli ventum est, Episcopus commendationem celebravit, atq; inter Missarum solemnias quæ pro dilecti patris & amici multa intentione devotus agebat, ad merentem & lugentem conuersus multitudinem, breuè quidè, sed gratiæ dulcedinis plenum intulit sermonem, ita dicēs:

SERMO IPSIVS.

XLVII.



N quid fiet? quid erit consilij? mortua est Martha. Ecce ubi iacet. Quis ergo venientem dominum Iesum in hoc castello amodo suscipiet? Equidem defuncta est, defuncta est Martha, quæ illum suscipere consueuerat. Defuncta est hospita domini Iesu Christi, quæ venienti hospitium præbebat, sed & ponebat mensam; Pariter benigne ac liberaliter ministratum ab eo est; nisi quod non solum ministravit Christo, sed minister & hospes ac susceptor fuit Christianorum. Et quis stabit in loco eius, quis vicem ministerij huius implebit? Quis rogo aget quæ iste agere consuevit? Omnibus gradibus, omnib⁹ ordinibus, omnibus personis Ecclesiæ valde utilis fuit. Ecce defunctus est, ut vere dicam seruus seruorum Dei, quid facietis monachi? Quid facietis clerici? Quid facietis pauperes & mendici? Quis vobis restituet matrem vestram? Vbi amodo illa materna verbera, vbi maternos affectus quæretis? Sed quæ rere vbiq; potestis; vobis denuncio, nusquam inuenietis. sui temporis enim sæcula (confidenter dico) hunc solum, hunc

8. Vbera